SUB | NIEDERSÄCHSISCHE STAATS- UND UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GÖTTINGEN

Werk

Titel: Herbarium Amboinense, plurimas conplectens arbores, frutices, herbas, plantas ter
Jahr: 1750
Kollektion: Zoologica
Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Werk Id: PPN369547365
PURL: http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN369547365
OPAC: http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369547365

LOG Id: LOG_0136
LOG Titel: Caput Decimum Tertium. Flos triplicatus. Bonga tiga lapis. - Dertiende Hoofdstuk. De drievoudige Bloem
LOG Typ: chapter

Übergeordnetes Werk

Werk Id: PPN369544501
PURL: http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN369544501
OPAC: http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369544501

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.
Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.
Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

Altera herba a priore maxime diversa est, quæ ejus mas habetur, & Amboinenses eam *Ahaain malona* vocant. Cujus folia multo minora sunt, & angustiora, tam acute costata, acsi plicata essent, undique circa caulem humilem locata, tristia, seu ex nigro virentia, & prope ortum pungente lanugine, seu minimis pilis hirta, qualis & iste caulis medius est, qui ex centro progerminat ad trium pedum altitudinem, rotundus, firmus, ac pennæ anserinæ crassitiem habens, interne siccus, & junceus, in summo vaga locatur pluma, tenuibus ex cauliculis seu pedunculis composita, quæ undique plumaceo ac viscoso semine obducta est, quod facillime manibus ac vestibus adhæret, & in cute pruritum excitat, uti & grisei isti caulis pili.

Amat crescere ad fluminum ripas in plano campo. Nullus ejus peculiaris est usus, quum difficulter tractari possit ob istos pilos. Rotundi caules adhibentur, per quos flant in oculos & aures, si quid in iis deciderit, vel quædam sordes iis adhæreant, & pro auribus valent tali modo, quum doleant per rheumata frigida.

Si primo descripta planta in umbrosis crescat locis, major excrescit, ita ut pro alia haberetur specie, altitudinem enim sex pedum adquirit, cujus folium ultra tres & tres cum quadrante pedes longum est, ac septem pollices latum, reliqua ejus pars inferior, est caulis profunde sulcatus, & octo vel decem folia ex unica progerminant radice, quæ brevis est & obtusa, multis obducta crassis & lentis fibrillis.

Prope radicem binos tresve profert fasciculos instar Cardamomi, sed minores, quique luteos gerunt flosculos, & post hos fructus Allii minoris squamas referentes, in quibus latet semen parvum, rotundum, nigrum, & sonorum, instar Sinapios, interne inane, & insipidum.

Tabula Quinquagesima tertia

Involucrum exhibet cum ejus *Hypophyto* & *flore* ac *fructu* separatis.

Een ander kruid van 't voorgaande merkelyk verschillende, is het geen men voor 't manneken houd, en de Amboinesen ook Ahaain malona *noemen. De bladeren zyn veel kleinder en smalder, zoo scherp geribt, als of ze geplooit waren, rondom een lagen stam staande, droevig zwartgroen, en by haare oorspronk met een stekeligen dons of hairtjes bezet, gelyk ook den stam of middelsten steel, dezelve komt uit de midden voort, drie voeten hoog, rond, styf, en zoo dik als een ganse-schaft, binnen droog en busagtig, aan 't opperste staat een ydele pluim, uit dunne steeltjes bestaande, en rondom bezet met een pluimagtig en schier kleverig zaad, het welk zeer ligt aan de handen en klederen blyft hangen, en op de huid een jeuken veroorzaakt, als ook de gryze hairtjes aan voornoemde steele.*

Het wast gaarn aan de rivierkanten in 't vlakke veld. Het heeft geen zonderlyk gebruik, als zynde moejelyk om te handelen wegens de voornoemde hairtjes, de ronde steelen gebruikt men om in de ooren en oogen te blazen, wanneer iemant iets in de oogen gevallen is, en eenige vuiligheid daar in hangt, dat is in de ooren, wanneer ze dezelve zeer doen door eenige koude zinkingen.

Wanneer het eerst beschrevene aan schaduwagtie plaatzen staat, zoo wert het zoo hoog, dat men 't voor een byzondere of groote soorte zoude houden, want het gewint de hoogte van ruim ses voeten, waar van het blad ruim drie en vierdehalve voeten lang is, en zeven duimen breed, zynde de rest van onderen een diep gevoorende steel, en staan agt of tien van deze bladeren uit eene wortel, dezelve is kort als een stompje, behangen met veele dikke en taaje vazelingen.

By de wortel draagt het twee of drie bosjes als Cardamom, dog kleinder, waar aan men geele bloempjes ziet, en na dezelve de vrugten als kleine teenen van Look, daar in leid klein, rond, zwart, en krakent zaad, als Mostaard, van binnen ydel, en zonder smaak.

De drie en Vyftigste Plaat

Vertoont de plant het *Omwindzel* genaamt, met deszelfs *Ondergewas*, en de *bloem* en *vrugt* afzonderlyk.

CAPUT DECIMUM TERTIUM.

Flos triplicatus. Bonga tiga lapis.

Quarta classis cum *Helleboro albo* vel *Gentiana* optime convenit, ac tantopere ab Angræco differt, ut potius pro peculiari eam habeam planta, incolæ vero hanc habent pro specie præcedentis Involucri. Tria quatuorve gerit magna folia, simul componentia crassum & angulosum caulem, octodecim & viginti pollices longa, sex lata, per longitudinem quinque costis striata, quæ inferius acutum formant dorsum, uti in Plantagine, suntque porro glabra, tenuia, & intense viridia.

Inferius hæc terminantur in crassum caulem, externe striatum, & interne sulcatum. Quumque incipiant illa marcescere, costæ nudæ dependent, ex centro istius foliosæ collectionis simplex exsurgit caulis, pennam crassus, rotundus, in paucos obscuros articulos distinctus, ultra pedes binos altus, in vertice paucos sustinens flores.

Qui peculiarem habent formam, a cunctis Angræcis diversam, repræsentant enim quasi triplices flores supra sese positos, sed cuncti sunt albi & inodori, quorum inferior pars composita est ex quinque petalis minoribus & angustioribus, quam in Jasmini flore, quorum tria majora in triangulo locantur, medium cassidem quodammodo refert, in cujus apertura aliquid flavum & muscosum conspicitur, instar tenuium filamentorum cum cauda seu calcare, uti in Delphiniis. Tertia & suprema pars cassidi obposita, quatuor gerit petala, quorum bina media distincta & incurvata sunt uti in Ariete Astronomorum.

Quivis flos oblongum gerit tubum seu collum, & prope ortum viride foliolum, postquam flos emarcidus est, tubus crassescit, & oblongam format striatamque seu angulosam siliquam, pollicem longam, uti in aliis Angræcis, in qua semen latet pusillum & arenosum, quum siliqua inmatura aperitur, ejusque semen inter digitos conteritur, plumbeum adquirit colorem.

Radix

DERTIENDE HOOFDSTUK.

De drievoudige Bloem.

De vierde soorte heeft met den Helleborus albus, *of* Gentiana *de beste gelykenisse; en verschilt zoo veel van de Angreks soorte, dat ik 't liever voor een byzonder kruid wil houden, dog den Inlander maakt het tot een mede soorte van 't voorgaande Involucrum. Het heeft drie of vier groote bladeren, t'zamen een dikke boekigen steel uit maakende, agtien en twintig duimen lang, ses breed, in de lengte met vyf ribben gestreept, die beneden een scherpe rugge maken, gelyk aan de Plantago, voorts effen, dun, en hoog-groen.*

Beneden eindigen ze in een dikke steel, buiten gestreept, en binnen gegeut. Als deze beginnen te verwelken, zoo hangen de ribben bloot, uit het midden dezer vergaderinge komt een enkele steel voort, een schaft dik, rond, in weinige donkere leden verdeelt, ruim twee voeten hoog, dragende op zyn top weinige bloemen.

Deze hebben weder een byzonder fatzoen, van alle Angreks verschillende, want zy zyn als of 'er driederlei bloemen boven malkander stonden, dog alle wit, en zonder reuk, waar van het onderste deel gemaakt is van vyf blaadjes, kleinder, en smalder dan een Jasmyn-bloeme, waar van de drie grootere in een driehoek staan; het middelste gelykt eenigzints een helmken, in wiens mond men iets geelagtig en mosagtigs ziet, als fyne draden met een staartje, gelyk aan de Ridderspooren. Het derde en bovenste deel tegens over het helmken, heeft nog vier blaadjes, waar van de twee middelste van malkander gebogen staan, gelyk het Astronomise teeken van Aries.

Ieder bloem heeft een langagtige hals, en by haren oorspronk een groen blaadje. Na 't verwelken van de bloem begint de hals of steel dik te werden, en formeert een langagtige, gestreepte of geboekte bouwe, een duim lang, gelyk aan andere Angreks, daar in klein zandig zaad schuilt, als men de onrype bouwe opent, en het zaad tussen de vingeren vryft, zoo wert het lootverwig.

Radix ex multis constat crassis fibris, instar vermium supra terram nudis, & prorepentibus, inferius fumeis, superius viridibus, & interne lento constantibus nervo, saporis primo fatui, dein acerrimi, uti in Gentiana, & os urentis, ita ut labia intumescant, & fauces raucæ sint, quæ acrimonia quodammodo etiam in foliis percipitur, quo differt ab omnibus Angræcis. Floret Octobri.

Nomen. Latine *Flos triplicatus*, seu *Helleborus Amboinicus*; vulgo Malaice dicitur *Bonga tiga lapis*; Amboinenses volunt esse speciem præcedentis *Involucri*, ac vocant *Abaan albal*, & *Abaan malona*, h. e. *silvestre Abaan* & ejus *mas*.

Locus. In montanis crescit silvis, præsertim ubi herbæ ac sicca folia sibi inposita putrescunt, in levibus eum inveni *Caju pœti* silvis, sub repente *Filice calamaria*, ubi solum erat nigrum & parum humidum, putridis foliis obductum, ubi vermiformibus radicibus supra terram tam laxe prorepebat, ut facile avelli posset, sed raro obcurrit.

In hortis transplantata hæc herba in dubio est, an crescat, sed naturali terra & lapillis circumpositis, folia ac flores profert, quæ quotannis iterum pereunt usque ad ipsas radices.

Hujus etiam varietas est foliis & modo crescendi priori similis, cujus flores etiam albi sunt, sed non ita distincti, & in tres partes divisi, fructus ejus sunt siliquæ angulosæ, paulo longiores quam in priore, interne arenosa farina repletæ.

Usus. Quum tota hæc herba sit acerrima, prudenter adhibere eam oportet, licet non multum obvia vel nota sit, sed contra tumidas manus, quod vitium *Hismi*, h. e. benedictum vel incantatum vocatur, ejus radices sumuntur, cum pauxillo Nucis Myristicæ, Bangle, Tsjouker, & Zingiberis, quæ simul conteruntur & inponuntur.

Incolæ tam duro constant ore, ut acrem ejus radicem interne adsumere audeant, quam masticant cum Pinanga, Nucibus moschatis, & Zingibere contra diuturnos alvi fluxus, qui ex frigore vel crudis oriuntur humoribus.

N. B. Hujus plantæ Figura supra *Tab.* 52. *fig.* 2. delineata est.

De wortel bestaat uit veele dikke vazelingen, meest als wormen, boven de aarde bloot, van ondere rook-verwig, boven groen, en binnen met een taaje zenuwe, van smaak eerst laf, daar na zeer scherp als eenige Gentiana, in de mond brandende, zoo dat 'er de lippen van zwellen, en de keele heesch wert, welke scherpigheid men eenigzints ook gevoelt in de bladeren, waar in het verschilt van alle Angreks. Het bloeit in October.

Naam. *In het Latyn* Flos triplicatus, *of* Helleborus Amboinicus; *in 't gemeen Maleits* Bonga tiga lapis; *de Amboinesen maken 't tot een mede-soorte van 't voorgaande* Involucrum, *en noemen 't* Ahaan albal, *en* Ahaän Malona; *dat is* wilt *en* mannekens Ahaän.

Plaats. *Het wast in de bergagtige bossen, inzonderheid daar vele ruigte en droge bladeren boven malkander leggen en rotten. Ik heb het gevonden in de ligte bossen van* Cajoe poeti, *onder de kruipende vaaren van* Filix calamaria, *daar een zwarte en wat vogtige gront was, met verrotte bladeren bedekt, met zyn slangeformige wortelen boven de aarde zoo los hangende, dat men 't gemakkelyk konde aftrekken, dog wert weinig gevonden.*

in de tuinen verplant, bedenkt het zig lang, eer 't groejen wil, dog met zyn natuurlyke berg-aarde en steenen omlegt, brengt het zyne bladeren en bloemen voort, en die jaarlyks wederom vergaan tot de wortelen toe.

Het heeft nog een veranderinge aan bladeren, en wasdom het voorige gelyk, de bloemen zyn ook wit, maar zoo duidelyk niet, in drie delen verdeelt. De vrugten zyn hoekige houwen, wat langer als aan 't voorige, binnen met zandig meel gevult.

Gebruik. *Dewyl dit gantsche kruid zeer scherp is, zoo moet men 't voorzigtig gebruiken, 't welk nog weinig bekent is, tegens gezwollen handen, 't welke* Hismi, *dat is gezegende of betoverde genoemt werd, neemt men deze wortelen met een weinig Notemuschaten, Bangle, Tsjonker, en Gember, vryft het onder malkander, en bind het op 't gezwel.*

De Inlanders zyn zoo hart van mond, dat ze de scherpe wortel binnens lyfs durven gebruiken, kaauwende dezelve met Pinang, Notemuschaten, en Gember, tegens langduurige buikloop, die van kouwe of ruwe vogtigheid komt.

N. B. Dezes plants Figuur is boven *Tab.* 52. *fig.* 2. aangewezen.

CAPUT DECIMUM QUARTUM.

Orchis Amboinica major.

Quatuor Angræci terrestris speciebus enarratis, quæ Helleborinæ & Helleboro adfines sunt, quatuor aliæ subsequuntur, quæ cum Orchide conveniunt, ac proinde Orchides Amboinicæ habendæ sunt. Prima & elegantissima species supra *libro* 8. descripta est sub hortensibus, nomine *Floris Susannæ*, quum maxime adfinis erat *Amicæ nocturnæ*.

Binas alias in binis capitibus describemus, nomine *Orchidis Amboinicæ majoris* & *minoris*.

Orchis major binas habet species hoc in capite comprehensas, quarum prima ramosam gerit radicem, altera Raphanaceam.

Primo. *Orchis Amboinica major radice digitata*, unum alterumve gerit folium, quæ cum illis *Daun corra corra* conveniunt, sed multo angustiora, binos cum dimidio, & tres pedes longa, binos pollices lata, utrimque acuminata, & acinaciformia, per longitudinem quinque nervis & plicis distincta. Januario potissimum ejus folia conspiciuntur, dein nudus ejus simplex caulis, binos cum dimidio pedes altus, in vertice raros gerit flores, forma vulgaris Angræci, ex quinque petalis cum brevi sacculo compositos, albicantes & purpureis lineis distinctos, cassis vero purpureas gerit maculas.

Fructus est oblonga siliqua, digiti formam & crassitiem habens, obscure virens, per longitudinem dorsis distincta & striata, flavescente farina repleta.

Radix cum illa *Lampoejang* seu *Zingiberis* convenit, oblique enim in terra locatur, instar glebæ ex multis digitis composita, quorum bini ac tres sibi mutuo adhærent angustis collis instar Calbahaar pœti.

Externe

VEERTIENDE HOOFDSTUK.

De groote Amboinsche Orchis.

Vier zoorten van Angrekum terrestre verhaalt zynde, die na de Helleborine en Helleborus gelyken, zoo volgen nu vier andere, die met de Orchis of standelkruid over een komen, en daarom ook voor Amboinse Orchides te houden zyn. De eerste en fraaiste zoorte is hier boven Lib. 8. *beschreven onder de hofkruiden, met de naam van* Flos susannæ, *om dat ze groote maagschap heeft met de* Amica nocturna.

De drie andere zullen wy in twee hoofdstukken beschryven, beide onder den naam van Orchis Amboinica Major *en* minor.

Orchis major *heeft twee zoorten in dit hoofdstuk begrepen, de eerste met een getakte wortel, de andere met een Radysagtige.*

I. Orchis Amboinica major, radice digitata, *heeft maar een of twee bladeren, die het voorgaande* Daun corra corra *wel gelyken, dog zyn veel smalder, derdehalve en drie voeten lang, twee duimen breed, onder en boven toegespist, staande gelyk als sweertjes, mede in de lengte met vyf zenuwen en ploojen geribt. In Januario ziet men de meeste bladeren, daar na den enkelen blooten steel ook derdehalve voeten hoog, op zyn top weinige bloemen dragende, die van de gewoonlyke Angrek fatzoen, van vyf blaadjes met een kort zaksken witagtig met purperen strepen, maar het helmken heeft purpere droppen*

De vrugt is een langagtige houwe als een vinger, en schaars zoo dik, donker-groen, in de lengte met ruggen gestreept, binnen met een geelagtig meel.

De wortel gelykt na de Lampoejang *of* Gember, *want ze staat schuins in de aarde als een klomp van vele vingeren of klauwen gemaakt, waar van twee en drie aan malkander hangen, met smalle halzen als Calbahaar poeti.*

Van